



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Nona die Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

nici Ordinis Praemonstratensis. Cuius memoria celebranda est inter beatos Coloniensis dioecesis. Ad Belgum tamen pertinere videtur, quod Raso Bonus vicinus scriptum reliquit, eum, cum à Stein-veldensibus ob singularem pietatem ante legitimam etatem receptus esset, disciplinatum gratia in Frisiā directum esse. Vbi si quando (quod apud illos cerebrum erat) audisset Ædepol, per summum Iouem, per Herculem, & cetera talia, etiam in præceptoribus suis vix humanè ferebat. Ibidem cum inter condiscipulos puer peregrinus ob foedam capitis scabiem inuisus esset, à beata virginē, cum multorum admiratione, subitam incolumentem obtinuit. Dictus est propter simplicitatem & deuotionem erga Deiparam virginem Ioseph. Quod cum moleste ferre, per apparitionem monitus est ut Iosephi nomen non refugeret. Corpus est apud Stein-veldenses, è terra eleuatum. In quo autem loco Frixiæ studuerit nusquam legi. Sed à Praemonstratensibus in Stein-veldi accepi sub ipsorum abbatे constituta esse Frixiæ monasteria, in Dockum, Lidum, & Ortdum. Obiit an. 1236. in monasterio virginum vicino, relatus in Stein-veldiam feria 3. Pentecostes.

In dialogo  
de Ioseph.  
capites.

### Nōna die Aprilis.

#### iº. De S. Vualdedrude, patrona Montensium.

*Ex Chronicis Hannonum, historia manu-scripta san-  
cta Vualdedrudi, & libris Montensis Ecclesiae.*

**M**ontibus Hannoniæ, transitus B. VVAL-De Wal-  
DEDRUDIS continentis. Quæ parentes ha- bertu agit  
buit Vualbertum & Bertiliam; maritum sanctum Iacobus  
Vincentum, Comitem Hannoniæ: sororem, san- sus/nus in  
ctam Aldegundem; proles; Landricum, Aldetru Annal.  
dem & Madelbertam, quæ duæ Malbodio mo- Han lib. 9.  
nasterio post Aldegundem præfuerunt, & Dent- c. 6. 9. 15  
linum puerum, qui in albis obiit: Hi autem 10. ubi cum  
ponit later 58. Deed.  
I 2 omnes

Aprilis 9.

N A T A L E S

omnes in Litanijs ecclesiæ Montensis invocantur.  
dem rursus Eorumque tempore pagus à fluvio suo dictus  
lib. 10. c. 1. Haynoënsis, ( siue, vt nunc loquimur, Hannonia,  
E lib. 11. c. insignis Comitatus ) coronam gestabat verman-  
tem quorundam sanctorum meritis. Autbertus  
clarebat in Cameracensi sede; Landelinus, Cris-  
pinij: Gislenus, Cellæ. Cumque beatus Vincen-  
tius, totus inhians cælestibus, in Alto-monte  
monasticum habitum suscepisset, & relicto sacerdo-  
li naufragio, monasterij portum expetiuisset, iu-  
galis eius sancta Vualdedrudis. quæ id ei annue-  
rat, admonitione sancti Gisleni, à beato Autberto  
episcopo velamen sacrum impetravit, & cellu-  
lam seu monasteriolum construxit in monte, qui  
Castrum locus dicitur. Quæ cellula est hodie in pri-  
maria Hannoniæ vrbe, ecclesia sanctæ Vualde-  
rudis, conuersa in Canonicarum nobilium col-  
legium, cuius perpetuus abbas & aduocatus est  
Comes Hannoniæ. Cùm autem Vualdedrudis  
ante conuersionem secum iustaretur, dum esset  
in basilica villæ, quam vulgus Buxutum nominat,  
Buxutum us-  
tus, Cella  
propinquus  
est, ut ha-  
bet vita  
Gerardi,  
hodie Bos.  
fatum. apparuit ei sanctus Gaugericus episcopus, qui di-  
xit: Age quod agis, & calicem vino plenum per-  
visionem ehibendum dedit. Quam visionem illa  
passim narrauit, & meditatum opus perfecit, to-  
lerans calumnias & opprobria; quæ hinc conse-  
quebantur. Loco autem exulto, etiam nobilio-  
res puellæ ad eius magisterium concurrerunt, &  
sub ea Domino castitatem dedicarunt. Quid vero  
opus est, inquit, historiæ scriptor, de vita eius multa  
narrare, cùm nunc ad corpus eius tot virtutum documen-  
ta teneamus? Transitus celebratur quinto Idus A-  
prilis in propria ecclesia: ab alijs quibusdam in die  
translationis, tertio Nonas Februarij. Est quoque  
patrona

patrona ciuitatis, siue ecclesiaz Herentalensis. Of-  
ficium mattitiale composuisse Olbertum, abba-  
rem Gemblacensem, legitur in gestis Gemblacen-  
sium abbatum.

## 2º. De S. Hugone, epis. Rothomagensi.

*Ex historia manu-scripta vite et translationis, qua  
legitur in monasterio Atrebatensi.*

**I**N Gallijs, beati H U G O N I S, Rothomagen-  
sis archiepiscopi, & confessoris. Cuius corpus  
magna reuerentia asseruatur, & fulget in Præpo-  
situra S. Vedasti, Haspris dicta, in diœcesi Ca-  
meracensi. Hic nobilis genere, nobilior autem  
virtutibus, diuina inspiratione succensus, relictis  
episcopatus habenis, à sancto Aïchadro in Geme-  
tico disciplinam monachorum, & habitum ex  
toto corde appetiuit, sacrisque magistri moribus  
informatus, omni virtutum genere perfectus e-  
micuit. Ibiique post decennium, ætatis suæ anno  
septuagesimo quarto, Deo spiritum reddidit, sed  
primùm viatico munitus, & sancti olei liquore  
delibutus. Vtriusque verò, Aïchadri videlicet &  
Hugonis corpus, quando Nordmanni, exigenti-  
bus id peccatis Christianorum, ecclesias combu-  
serunt, ad villam Haspram est translatum: Vbi <sup>Vide de A.</sup>  
Deus multa & celeberrima dignatus est per v- <sup>chadro, ad</sup>  
trumque operari virtutum prodigia. <sup>xv. Sep.</sup>